Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

·PARABOLE·

mnetta sunt mea. Verbum eorum filius extra pitionem erit. Verba aggrantis filii nominis. XXX.

Visio quam locutus est vir cum quo erat deus. et qui cum deo secum morate. Fortasse aut stultissimus sum virorum. sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam. et non noui scorum sanctorum. Quis ascendit in celum atque descendit. Quis tenuit spiritum manibus suis. quis colligauit aquas quasi in pallio. Quis suscitauit omnes fines terre. Quid nomen eius. aut quid nomen filii eius si noueris. Omnis sermo dei ignitus clypeus est sperantibus in se. Ne addas quicquam ad verbis illius. et arguaris. inuentaris et mendax. Duo rogauit te. ne deneges mihi. antequam moriar. Vanitatem et verba mendacia longe fac a me. iniquitatem et diuitias ne dederis mihi. tribue tantum victum meo necessaria. ne forte saturatus illicias ad negandum. et dicam. quis est dominus. et egestate compulsus furer. et peiurem nomen dei mei. Ne accuses seruum apud dominum suum. ne forte maledicat tibi. et corruas. Generatio que patrem suum maledicit. et que matri sue non benedicit. Generatio que sibi munda uidetur. et tamen non est lota sordibus suis. Generatio cuius oculi excelsi sunt. et palpebre eius in alto sunt erecte. Generatio que pdentibus gladios habet. et comedit molaribus suis. ut consumat inopes de terra. et pauperes ex hominibus. Sanguisuge due sunt filie dicentes. Affer affer. Tria sunt insatiabilia. et quartum quod numquam dicit sufficit. Infernus. et os mulieris. et terra que non saciatur aqua. ignis uero numquam dicit sufficit. Oculum qui subsannat patrem. et despicit partum matris sue effodiant eum corui de torrentibus. et comedant illum filii aquile. Tria sunt difficilia michi. et quartum quod penitus ignoro. Viam aquile in celo. viam colubri super petram. viam nauis in medio maris. et viam viri in adolescentia. Talis est via mulieris adulteri. que comedit et tergit os suum. et dicit non feci opera mala. Pertrahit monetur tua. et quartum non potest sustinere. Per seruum cum regnauerit. Per stultum cum saturatus fuerit cibo. Per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta. et ancillam cum heres fuerit domine sue. Minores sunt minima terre. et ipsa sunt sapientiora sapientibus formice. pls infirmus. que parant in messe cibum sibi. Lepusculus plebs inualida. quia collocat in petra cibile suum. Regem locusta non habet. et egreditur universa phalanx. Stellio manibus nititur. et morabitur in aedibus regum. Tria sunt que bene gradiuntur. et quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum. ad nullius pauebit occursum. gallus succinctus lumbos. aries. nec est qui resistat ei. et qui stultus apparuerit postquam elatus est in sublime. si enim intellexisti os imposuisti manum. Qui autem fortiter premit ubera adelicendum lac. exprimit butyrum. et qui uehementer emungit elicit sanguinem. et qui provocat iras. producit discordias.

Verba XXXI.

Lamuelis regis. Visio. qua erudiuit eum mater sua. Quid dilecte mi. Quid dilecte uteri mei. Quid dilecte uotorum meorum. Ne dedis mulieribus substantiam tuam. et diuitias tuas ad delendos reges. Non est regibus olamuel. non est regibus dare uinum. quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. ne forte bi